



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hesus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs XVI. Conserua me Domine quoniam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](#)

& habet amplissima præconia honorum operum, siquidem ostendit ea non solum requiri a Deo, sed etiam Deum ea remuneratur in fidelibus. Nota autem Primo loco ponitur ueritatem, hoc est, studium uerbi Dei, quod facit integros homines, timentes Deum & confidentes in eius misericordia per Christum,

Totius hic picta est solidæ pietatis imago,

Quæ nos ad superos uitæ leuare queat.

Puro corde Deum cole, dilige, consule fratri,

Hæc fides summa est, hic pietatis apex.

Psalmus David.

**Q**uis tua templa Deus, tua quis tentoria dignus  
Incoleat, & montis stabit in arce tui?

Narratio est. Integer & uite maculis non oblitus ullis,  
Non nisi iusta operans, nec nisi uera loquens.  
Qui non alterius famam detrectat honoris,  
Nec mala de socio cogitat ulla suo.  
Opprobrium qui uicino non ingerit, & qui  
Neglit agrestes improba facta sequi.  
Qui colit obsequio Domini præcepta colentes,  
Qui quod iuravit fallere nolit opus.  
Qui super usura sortem non auxit iniqua,  
Qui super insontem munera nulla capit.  
Quisquis ad hæc animum facienda induxit, ille  
Purus & æterno tempore saluus erit.

PSALMVS XVI.

Conserua me Domine quoniam.

Argu-



## ARGUMENTVM.

Est insignis prophetia de Christo Rege & eius regno seu Ecclesia: Item de abiectione Synagogae, & tota Legis abrogatione, magnifica testima Auctorum II. VIII. XIII. ex eo allegant Apostoli. Est autem misericordia Psalmus: Nam orationem & gratiarum actionem habet. Oratio est Christi humiliati, gratiarum actio Christi glorificati & triumphantis contra mortem & Sathanam. Ideo etiam titulum habet aurei ornamenti.

Morte triumphata redditurum in corpora Christum.

Si recte inspicias, haec tibi uerba canunt:  
Cultum legiferi tollendum Moseos omnem,  
Sacra, cibus, mores, sabbata, festa, status.

Aureum ornamentum David.

**C**um mihi sit reliqua misero spes nulla salutis  
Te sine, qui rerum maxima sceptra tenes:  
Custodit tibi confidimus, tua sola uocantem  
Numina, seruatum me pater esse iube.  
Nam mihi persuasi, Domino sic dicere ut ipsi  
Auderem, Dominus tu mihi solus eris.  
Te propter duros potui tolerare labores,  
Nam sine te requies non uenit ulla mihi.  
Præcipui mea cura, & maxima gaudia sancti  
Qui terras, & adhuc corpora uiua colunt.

Multa

Christus humiliatus in forma serui.

Precatio, Iuu me Deus: habet autem additam rationem  
In te enim solo spes est auxilijs contrahanc mala.

Ecclesia propter quam Christus humiliatus est.



Multa alij statuunt falsorum nomina diuīlūm,  
Illorum statuas quas uenerentur habent.

Abrogatio Le Quorum ego quæ fusi libamina sanguinis edunt,  
gis & omnium Non sequar, aut laruis accipienda feram.  
cultuum legis. Præterea ipsorum nunquam mea lingua loquetur  
q.d. Quærunt Deum suis sa- Nomina, Lethæos digna subire lacus.  
crificijs placa Tu mihi diuitiae Deus es, tu larga bonorum  
re, sed ego aliud sacrificium exhibeo, quod Copia, tu fluxas ante refundis opes.  
quia repudiāt, Quam mea sors felix cecidit bene, quam mihi cornu  
repudientur a Copia, ceu patrias diuite fudit opes.  
me quoq. Perpetuo Dominum laudabo & carmina dicam,  
Gratiarum Qui mihi & auxilium consiliumq; dedit.  
actio. Insuper insomnes cogebar ducere noctes,  
In quibus affectus me erudiere mei.

Fides qua ten- Non secus ac uideam Dominum, sic semper eundem  
tationes seu af- Cogitat hic animi candidus huius amor.  
flictio vincitur. Hunc mihi non admunt noctes, non tempora lucis:  
Nam prope adest, partes afferit ipse meas.

Ille mihi à dextra prope adest ne forte laborem,  
Hoc duce uis poterit nulla nocere mihi.

Victoria mor- Ergo læticia perfusus, gaudia sensi,  
tis & læta re- Quanta uoluptatum pectora plena solent.  
surreccio Chri- Exiluit uelut aucta meæ noua gloria lingue,  
sti. Et caro non dubia sive solidata mea est.

Nec dabitis san- Nam nec apud Stygias, Plutonia regna, paludes,  
ctum tuum uidere corrupti- Villa animæ statues dura ferenda meæ.  
onē, haec uide- \* Nec sancti foedanda tui dabitis ossa sepulcro,  
tur esse pphe- Quod carni ex aliqua parte nocere queat.  
tia, quod ter- Ad uitam quod dicit iter monstrabis, & omni  
tio die Chri- Læticia facies me tua iussa sequi.

Lætia



Læticiae stant ante tuos & gaudia uultus  
Perpetuo, & dextræ gloria iuncta tuæ.

## PSALMVS XVII.

Exaudi Deus iusticiam meam.

## ARGUMENTVM.

Est simile argumentum cum Psalmo duo decimo : orat enim contra Pseudopropetas & Hæreticos, ac petit, ut Deus eum conferuet in fana doctrina. Significat autem se propter uerbum fuisse in odio, & accusatum tanquam Hæreticum, sicut hodie quoque uidemus ueram Ecclesiam sustinere crimen hæreseos &c.

*Ignavi monachi, pepones & inertia terræ  
Pondera, degeneri dedita turba gulæ :  
His digni precibus quibus exagitentur in horas,  
Quos effusa Dei iudicis ira premat.*

Oratio Dauidis.

**H**as precor ô placida tam iusta aure querelas,  
Cuncta pater stetus percipe uerba mei.  
Explorare uelis attenta mente quid orem,  
Non falso ex animo nostra querela uenit.  
Iudice te stet iusta meæ sententia caussæ,  
Et, quo cuncta soles lumine, recta uide.  
Omnia nota mei tibi sunt sensa intima cordis,  
Qui ne nocte quidem te sine solus eram.  
Conflato argentum me sicut in igne probasti,  
Scoria nec mendax ulla reperta tibi est.

Precatio, cui addit circumstantias, quod serio oret, & bene sibi conscientius, haec exordij loco prefatur, donecueniat ad principale negotium.

C

Quæ

